ABSOLUTIO PRO DEFUNCTIS.

Libera.

Finita Missa pro Defunctis, si facienda est Absolutio, Cantore incipiente, Clerus circumstans cantat sequens Responsorium.





Repetitur Libera me *usque ad* ℣. Tremens.

Finito Responsorio,
Cantor cum 1° Choro : *2us Chorus :*

Omnes simul :

IN EXSEQUIIS DEFUNCTORUM.

Subvenite.

In Exsequiis Defunctorum, *ecclesiam ingressi, cantant Responsorium, Cantore incipiente, et Clero alternatim respondente, videlicet :*






- spé - ctu Al - - tís - si - mi. ℣. Sus - cí - pi - at
te Chri - stus, qui vo - cá - vit te :
et in si - num A - bra - hæ An - ge - li de - dú - -
- cant te. * Sus - ci - pi - én - tes á - ni - mam e - jus : ✠
Of - fe - rén - tes e - am in con - spé - ctu Al - - tís -
- si — mi. ℣. Ré - qui - em æ - tér - nam

Finita Missa, in Exsequiis præsente corpore defuncti, Sacerdos absolute dicit Orationem Non intres. *Deinde cantore incipiente, Clerus circumstans cantat.* ℟. Líbera me, *ut supra. Deinde* Kyrie eléison etc.

In Paradisum.

Finita Oratione, dum corpus defertur ad sepulcrum, Clerici cantant Antiphonam :



Canticum Zachariæ.

Quod si corpus tunc ad sepulturam non deferatur, omissa Antiphona In paradisum, *etc., Sacerdos prosequatur Officium, ut infra, quod nunquam omittitur ; et intonet Antiphonam :*

II

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sæculo sunt, prophetárum ejus :

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium qui odérunt nos :

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris : * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis :

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberati, * serviámus illi :

In sanctitáte et justítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, prophéta Altíssimi vocáberis : * præíbis enim ante fáciem Dómini, paráre vias ejus :

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus, * in remissiónem peccatórum eórum :

Per víscera misericórdiæ Dei nostri : * in quibus visitávit nos, óriens ex alto :

Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis sedent : * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Réquiem ætérnam * dona ei (eis), Dómine.

Et lux perpétua * lúceat ei (eis).

Et repetitur Antiphona :



J V. N.